

Notitiae Ecclesiasticae saeculi IV.

tit id suisse ab Apostolis traditum, & deinde e Magno Concilio (id est Niceno) declaratum, non posse ullam convocari Synodum inconsulto aut invito Romano Episcopo. His adspicatur Sozomenus lib. 3. cap. 8. hac dicens: *Propter Romane sedis dignitatem, omnium rerum Ecclesiasticarum curas ad Romanum Episcopum pertinere.* Et paulo post ait, Romanam Ecclesiam esse *opertissimam*, id est scholam Apostolorum, & Metropolini ab initio factam esse pietatis erga quoqvis. Deinde cap. 10. refert Sacerdotiali lege constitutum, pro irritis habenda esse quacunque prater sententiam Romani Episcopi geruntur. Quinetiam ipsi Constantinopolitanis Patres, in Synodica ad Damasum epistola infra, relataque a Theodorito lib. 5. h. Eccl. cap. 9. sic ajunt: *Postquam Synodum Roma Dei nati congregantes, nos etiam pro fraterna caritate erga nos vestra, tamquam membra propria per religiosissimi Imperatoris litteras evocasti.* Et subinde adiunt: *Conveneramus apud Constantinopolim, ad litteras a reverentia vestra, superiori anno post Concilium Aquilejense, ad religiosissimum Imperatorem Theodosium missas.*

4. Continua nec interrupta serie inita sunt tria sub Damasco Concilia. Primum Aquilejense, dein Romanum, postremo Constantinopolitanum. Triaque ista Concilia pari auctoritate edita in unum coactae generale Concilium, conspirantibus scilicet Occidentalibus, qui in Aquilejensi & in Romano convenerant, cum Orientalibus qui Constantinopoli verabantur: & quos suis litteris Damasus invitatus Romamque acciverat. Aquilejensium comitorum acta super sunt, hisque presedit Valerianus Aquileja Antistes, quae urbs Metropolis est Carnorum ad Tiniavam annem sita, Italiae quondam adversus Barbarorum ex Septentrione incursionsi valissimum propaginaculum: ab Hunnis postmodum duce Attila post longam obsidionem subvera. Nunc vero propter cali intemperiem, & circumiacentes paludes deserta & inhabitabilis. Valerianus in hac Synodo proximus adest Ambrosius Mediolanensis. Huius etiam interfuerit Philastrius Brixiensis Episcopus, scriptorum librorum eruditio vitaque sanctimonita perillustris: nec non Justus Lugdunensis Episcopus, aliquie tum ex Gallia, tum ex Italia, tum ex Africa Praesules. Synodica etiam Aquilejensium epistola ad Episcopos Provinciarum Viennensis, & duarum Narbonensem, meminit Proculi Massiliensis, & Constantii, qui Legati ab Ecclesiis Gallicanis misi ad Aquilejense Concilium fuerunt. Quinetiam altera ejusdem Concilii ad Gratianum, Valentianum & Theodosium imperatores epistola, dicit ex omnibus Provinciis Occidentalibus advenientes huic Synodo interfuisse. In hac impietas Ariana damnatione nova obtrita est, Arianique Episcopi Palladius & Secundianus presentes ab Ambroso convicii Sacerdotioque abdicati sunt. In ista, quae superest, disputatione confirmatum fuit, quod jam dixi, coaluisse in Concilium unum ecumenicum tres Synodos nationales, quamvis locis distinctas, sed confringentes mutuo in unum eundemque finem. Acta vero ipsa huc efferunt: *Ambrosius Episcopus dixit: Qui sunt confortes vestri? Palladius dixit, Orientales Episcopi. Ambrosius Episcopus dixit: Interim quae superiores temporibus Concilium sic factum est, ut Orientales in Orientis partibus constituti haberent Concilium, quemadmodum & Occidentales in Occidente; nos in Occidentis partibus constituti convenimus ad Aquilejensem civitatem juxta Imperatoris precepit.* Denique etiam Prefectus Italia litteras dedit, ut si vellent convenire, in potestate haberent. Sed quia sicutur consuetudinem hujusmodi, ut in Oriente Orientalium esset Concilium, & intra Occidentem Occidentalium, ideo putaverunt non esse viendum. Palladius dicit, *Imperator nos Gratianus iussit Orientales venire, negas tu iussisse eum?* Ipse Imperator nobis dixit se Orientales iussisse venire. Ambrosius dixit: *Utique iussit, qui non prohibuit huic venire.*

5. Demisto Aquileja Concilio alterum Rome Damasco coegit Episcoporum pariter Occidentis, inter quos prefati, Valerianus & Ambrosius, considerant. Ad istud Orientales quoque Damasus invitatus; sed hi postquam Constantinopoli simul convenerunt, sese per Synodicas litteras excusarunt, missis Romani de suo coto tribus Episcopis, Cyriaco, Eusebico, & Prisciano, qui eas detulerunt, ut sicut facit eadem epistola apud Theodoritum lib. 5. cap. 9. Isto Romano Concilio reprobatum est Attingenense, quod antea Liberius quoque Pontifex denuaverat. Extat apud Theodoritum lib. 2. cap. 17. Damasi, Valeriani, & Episcoporum nonaginta Romae, partim ex Italia, ex Gallia congregatorum Synodica epistola. Synodo quoque ista Romana damnata est Apollinaris ejusque discipuli Timothei, quae multis locis gloriebat, heres, animam abrogans rationalem incarnato Filio Dei. Ut quemadmodum Ariani DEI Filio Divinitatem quandam non nisi imperfectam, mutilam & de-

curtatan attribuebant, ita Apollinariste eidem humanitatem non nisi imperfectam, sive meliori parte diminutam, quippe mente animaque rationali defititum affigabant, eius vicem & defectum persona Verbi supereret. Extat de his Synodi Romane sub Damasco ad Episcopos Orientis epistola apud Theodoritum lib. 5. cap. 10. sed injecta in ea mentio Petri Alexandini Episcopi, tamquam qui huic Romanae Synodo interfuerat, sacerdoti cogit esse commentitum additamentum. Itaque Orientales Episcopi numero centum quinquaginta suam apud Constantinopolim Synodum auspici & prosequiti sunt, cui praeedit primusque subscripta Nectarius regis urbis Episcopus, interfuit Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrus Jerosolymitanus, Gregorius Nazianzenus, Helladius Cesariensis Cappadocum, Gregorius Nyssenus, Amphilochius Iconiensis, Jam vero discipendi Canones sunt in hac Synodo Constantinopolitana editi.

6. Canone I. instauratur & robatur Nicena fides de Filii DEI aeternitate & consubstantialitate cum aeterno Patre. Dammantur insuper nefaria Macedonii Euno, mihi dogmata Spiritui sancto Divinitatem abrogantia, & blasphemantia ipsum esse a Filio creatum, diversaque a Filio substantia, & inferiori dignitate. Jugulantur ibidem Arianorum omnis generis, Eudoxianorum, Anomoeorum, Semianianorum secta. Prateraque Sabellianorum Divinam Trinitatem abnegantium, nec nisi unicam perlornam agnoscitum, qua pro sua diversitate operationum nunc Patris, nunc Filii, nunc Spiritus sancti nomina subeat. Proflicantur insuper heresies Marelli Ancyrani & Photini Sirmiensis Episcoporum, Christum Dominum nihil esse prater mecum hominem, gratiarum donis & virtutum meritis supereminenter. Ad postremum Apollinaris Laodicei heresies profigat, Incarnato Verbo adimentem animam intellectualis, cuius vices Verbum ipsum superpletat.

7. Can. II. Episcopi, qui extra Diocesim sunt ad Ecclesias qua extra terminos eorum sunt, ne accedant, neque confundant & permisceant Ecclesias, secundum regulas constitutas. Alexandria quidem Episcopus ea, quae in Egypto sunt, tantum gubernet. Orientis autem Episcopos solis Orientis curam gerant, servatis honoribus Primatus Ecclesie Antiochenae, qui in regulis Nicene Synodis continentur. Sed & Asiane Dioceses Episcopi, & quo sunt in Asia, & ad Asiam tantummodo Diocesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi Pontice tantum Diocesis habeant curam. Thracie vero ipsius tantummodo Thracie.

Habetur cap. Episcopi qui extra. 9. q. 2. Idemque statuitur Apostolorum can. 34. jubente Episcopos deponi, qui intra alienos fines ordinantur, eisque qui sic ordinati fuerint; sub Papa quoque Julio idem fuit Antiocheno can. 22. constitutum, quem allegat Gratianus cap. Episcopum non debere, 9. quæst. 9. alijisque plerisque posterioribus Conciliis, & demum a Tridentino sess. 6. cap. 5. de reform. Denique in Graeco sic definit canon iste 2. Quæ autem in barbaris sunt genibus, Dei Ecclesias administrare oportet secundum Patronum, que servata est, consuetudinem.

8. Can. III. Episcopus Constantinopolitanus habeat prioris honoris partes post Romanum Episcopum, eo quod Constantinopolis sit nova Roma.

Editus fuit iste Canons contra quam Niceno decreto fuerat constitutum. Nova itaque hic auctoritas invehitur per Orientalium quorundam ambitionem, quæ frater innoxia Imperatorum Orientalium effreni ἀτάξια, aduersus Ecclesias universa Primum infusere ausa, quem Christus Apostolorum Principi Petro ejusque successoribus contulerat: innumerous heresies, & heretica schismata invenit ad aeternum animarum, & innumerosum populorum nunquam satis deplorandum exitum. Conatus euendem ambitionis Graci postmodum in Synodo Chalcedonensi renovarunt; quinimum majoriter iam accessione adauxerunt per novam attributionem Asia, Ponti, & Thracie Provinciarum. Cum tamen hujus ipsius Constantinopolitanum Concilii can. 2. provisum sit, ne ullus Thracie Episcopus, qualis est Constantiopolensis, se ultra fines Thracie austi ingere. Sed illi Chalcedonensi decreto Leo Pontifex omnem detrahit auctoritatem epist. 51. ad Anatolium Constantinopolis Episcopum, & epist. 32. ad Pulcheriam Augustam, ubi hujus tertii canonis meminit, dicens: *Frustra quorundam Episcoporum profertur consensus, cui tot annorum series negavit effectum.* Deinde Justiniani Imperatoris prodit Novella 130. ceteris Patriarchis, quos ab ordine prisco recedere jussit, injunctio: *Sancimus (in- quis) secundum ipsorum fines sanctissimum veteris Roma Papam primum esse omnium Sacerdotum: beatissimum vero Archiepiscopum Constantinopolis nova Roma secundum ordinem obtinere post sanctissimum Apostolicum thronum veteris Roma.* Hanc Novellam Graci inferuerunt lib. 5. Basiliicon cap. 3. Veruntamen non isto gradu substitut Graeca superbia; vere enim enunciatur sanctus Rex & Prophet: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Successus enim temporum, quamvis Gracorum dominatio in dies collabatur, superbia nihilominus intolerabilis adversus Dominum, & adversus Christum ejus alas disflosit, thronumque Constantinopolitanæ Ecclesie Graecorum barefis a Romana Apostolica sede divulsi, impioque schismate subtraxit, sed etiam supra illam sepe evenit, suoque sacrilego simul & ridiculo auctu non dubitavit eam proprio subjicere iudicio, & brutis fulminibus impetrare. Post Leonem Magnum, Gregorius eodem Magni eloquio commendabilis, legendus est lib. 6. epist. 31. ad Eulogium Alexandrinum, & Nicolaum Antiochenum. Nicolaus item primus epist. ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit: *Proposueramus*, & Leo Papa nonus epist. ad alterum Michaelem Imperatorem, quatuor Summi Pontifices mortuorum sanctitate & sapientiae splendore, supra omne humanum everti fastigium. Sed tandem post temerarios conatus istos, Constantinopolitanæ sedi secundus ille dignitatis gradus induitus fuit a legitima potestate, decreto Innocentii tertii, praesidentis generali Lateranensis Concilio, quod referuntur, cap. Antiqua, de privilegiis. Sane ab antiquo Episcopus Bysantii multis annis nihil amplius exitit quam suffraganeus Metropolitanus Heraclæ Thracie Antistitis, quod ipse ultro testatur reliquias vero heresies, que illuc memorata sunt, ab aliis jam Patribus damnatas reprobat. Enim vero major Episcoporum, qui huic Synodo interfuerunt pars, de justitia, deque Ecclesiæ pace & sanctiore administratione parum solliciti, propriisque atque humanis affectibus plus equo indulgens, multas perturbationes concitat, & plerique præstiti Episcopis indigna & indecora. In primis emulaciones illaudabiles exhibuit adversus supremam Sedem, quæ, ut tradit Cyprianus, centrum est Ecclesiæ unitatis, & vinculum Ecclesiæ concordie. Sed in inconsulto Romano Pontifice spretaque Niceni Concilii ordinatione, novam secundo loco sedem constituit, præque illa recenti antiquam dignitatem Ecclesiæ ab Apostolorum Principe Petro institutam Alexandrinæ, atque Antiochenæ Niceno decreto firmatam depressit. Pari quoque emulacione schisma, quod erat opportune extingendum in Meletii Antiocheni Presulis interitu, studio propagari voluit, dura contra superiora conventa novum subrogavit Episcopum Flavianum, per invidiam adversus Paulinum conceptam: quia scilicet cum Damasco conveniebat, neque invidiosus Orientalium adversus Occidentales ullatenus factiones approbabat. Meletius Antiochenus Episcopus, qui Sanctorum factis post obitum tam a Latinis, quam ab Orientis Ecclesiis acribi meruit, & in cuius anniversaria celebritate Joannes Chrysostomus sermonem habuit, & cujus in exequis Gregorius Nyssenus panegyricam orationem pronuntiavit, cum tempore hujus Concilii, in quo conferderat, ultima fuisse exigitudine corruptus, Episcopos ad Ecclesias pacem conciliandam impensè hortatus est, neve ullus sibi mortuo præter Paulinum successor eligeretur, ut sic dispersa hæc tenus sub duabus capitibus Ecclesie Antiochenæ membra in unum corpus, & sub eodem capite coalesceant, sicut jam ante communis partium confusus constitutum prævisumque fuerat, cum primum alter duorum vita excederet.

Synod. oecum. II. Constantinop. ann. 381.

conspiratio hunc est fortita effectus. Decumbente ex morbo Gregorio in suburbana quadam domo, subortatos Ægyptios in nefariam societatem asciscit conspians factio, atque intempsa nocte in Ecclesiam primariam irrumpt cum septem Episcopis, & paucis quibusdam Clericis, quos Maximus privatis congressibus suis partibus addixerat, atque adversus Gregorium concitat. Collocatur, postquam detonsus est, in Episcopali folio Maximus. Quæ conjuratio postquam populo furenti innotuit, auctores ejus fuga se proriperunt, septemque Ægyptii Episcopi in Scenici cuiusdam hospitium se abentes Maximum furtim ordinant, eique facilegas manus imponunt. Maximus e Constantinopoli fugiens, Theffalonicense iter proripiuit, ut Theodosio, qui tum ibi forte versabatur, suum factum probaret, vel faltem conquisitus mendacis excusaret, ejusque sibi animum conciliaret; sed nihil præter vituperia, & asperam ab eo repellam retulit: indeque in Ægyptum se recepit. Conatus fuerat Maximus olim sibi alterum Imperatorem Gratianum demererit, eoque animo Mediolanum profectus, eidem laudatum ab Hieronymo insigne adversus Arianos volumen obtulerat, nihil tamen de suo ambitu, quem adhuc animo celabat, ausus est referre, nequid matura occasione.

10. Observatu dignum est Gregorii Papa Magni de Constantinopolitanis hujus Concilii decretis judicium, lib. 6. epist. 31. ad Eulogium Alexandrinum & Anastasiū Antiochenum: *Romanæ (inquit) Ecclesie Constantinopolitanæ canores, vel gesta Synodi illius hædenus non habet, neque accipit.* In hoc autem eandem Synodus accepit, quod est per eam contra Macedonum definitum. Reliquas vero heresies, que illuc memorata sunt, ab aliis jam Patribus damnatas reprobat. Enim vero major Episcoporum, qui huic Synodo interfuerunt pars, de justitia, deque Ecclesiæ pace & sanctiore administratione parum solliciti, propriisque atque humanis affectibus plus equo indulgens, multas perturbationes concitat, & plerique præstiti Episcopis indigna & indecora. In primis emulaciones illaudabiles exhibuit adversus supremam Sedem, quæ, ut tradit Cyprianus, centrum est Ecclesiæ unitatis, & vinculum Ecclesiæ concordie. Sed in inconsulto Romano Pontifice spretaque Niceni Concilii ordinatione, novam secundo loco sedem constituit, præque illa recenti antiquam dignitatem Ecclesiæ ab Apostolorum Principe Petro institutam Alexandrinæ, atque Antiochenæ Niceno decreto firmatam depressit. Pari quoque emulacione schisma, quod erat opportune extingendum in Meletii Antiocheni Presulis interitu, studio propagari voluit, dura contra superiora conventa novum subrogavit Episcopum Flavianum, per invidiam adversus Paulinum conceptam: quia scilicet cum Damasco conveniebat, neque invidiosus Orientalium adversus Occidentales ullatenus factiones approbabat. Meletius Antiochenus Episcopus, qui Sanctorum factis post obitum tam a Latinis, quam ab Orientis Ecclesiis acribi meruit, & in cuius anniversaria celebritate Joannes Chrysostomus sermonem habuit, & cujus in exequis Gregorius Nyssenus panegyricam orationem pronuntiavit, cum tempore hujus Concilii, in quo conferderat, ultima fuisse exigitudine corruptus, Episcopos ad Ecclesias pacem conciliandam proficitur, nihil minus quam regis urbis Episcopatum animo proponens, & occultis dolis ambiens. Itaque se in familiaritate Gregorii Nazianzeni insinuavit, qui Episcopus designabatur a multis ejus, quæ caput erat totius Orientis Ecclesiæ. Hunc quasi gloriolum confessorem, & Arianorum debellatorem, multaque litterratura ostentatore gratarum exceptit Nazianzenus, & familiari convictu & contubernio dignatus est; & quia sibi multa de illo ad Ecclesie fideique gloriam pollicebatur, eum publice suis in concionibus exultit. Hoc successu veterator spem ambitione conceptam de obtentione urbis Episcopatu firmavit. Hac refert Hieronymus in Gregorii Nazianzeno lib. de scriptor. Eccles. Scriptor Gregorius laudes Maximi Philosophi post exilium reversi, quem falso nomine quidam Heronis supercrisperunt, quia & est alius liber interpretationem ejusdem Maximi continens, quasi non licet eundem laudare & interpretare pro tempore. Ipse namque Nazianzenus excusus hypocrita larva, suoque edictus damno, ejusdem postea vafritem, superbiam & temeritatem in carmine de vita sua graphicè describit. Aderant tum temporis in urbe regia septem Ægyptii Episcopi ad Theodosium Legati, qui navibus onerariis copiofum Ægypti frumentum ad subfundium regis civitatis, aliarumque finitimarum convegetati fuerant; quos benignissime & per honorifice exceptos Nazianzenus in Ecclesia mirificis exultit laudibus, que inter ejus conciones leguntur. Cum his tamen secretum inierat consilium Petrus, antequam Alexiadie portu solerent de Nazianzeno exturbando, & Maximo in ejus locum promovendo. Quæ nefaria Cabassitii, Notitia Ecclesiastica.

Gregorius Nazianzenus, aliqui sancti Episcopi in hoc instabant, ut solus in Ecclesia Antiochenæ relinquenter Paulinus Episcopus. Sed que causa illis maiorem laudem & benevolentiam conciliare debuerat, reliquorum adversus ipsos offensionem odiumque concitat, conjectantur non studio pacis, sed colligatione cum Damaso & Occidentalibus Nazianzenum eique adherentes in hanc propendere sententiam, atque hac de causa consilium inigere de abdicando illi Constantinopolitanu Episcopatu, quem hoc ipsum Concilium ante paucos dies unanimi consensu ei contulerat, post redactum in ordinem Cynicum illum invasorem. Populus ipse meritissimi Praefulsi electioni fauisti acclamationibus faverat. Eamdem magno affectu, magnique laudibus Theodosius Augustus exceperat, litterasque gratulatorias ad Synodum dixerat. Heu quanta tyrannde pravis animis affectus inordinati dominantur! Pothabito pudore omni, & Ecclesiæ debita sollicitudine, Deique respectu, & Theodosii veneratione, votisque populi ad salubriora propensi, meritissimum, si quis unquam fuerat, Antititem, cuius doctrina, pioze zelo, maxima fuerat civium Regia urbis pars ab Arianismo, ad fidem orthodoxam convertita, & cuius eloquentissimis